



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvngensis Ecclesiae, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1657

Dioecesana Synodus Osnabrvngensis Vndecima, Sub Reverendissimo &
Illustrissimo Principe ac Domino, D. Francisco Gvilielmo, Episcopo
Osnabrvngensi, Ratisbonensi, Mindensi, Ac Verdensi, ... Celebrata ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

DIOECESANA SYNODVS
OSNABRVGENSIS
VNDECIMA,

Sub Reverendissimo & Illustrissimo Principe
ac Domino,

D. F R A N C I S C O
G V I L I E L M O,

EPISCOPO OSNABRVGENSI,
RATISBONENSI, MINDENSI,
AC VERDENSI,

S. Romani Imperii Principe, Comite de Wartenberg &
Schawmburg, Domino in Wald & Hachenburg, &c.

CELEBRATA OSNABRVGI

Anno Millesimo sexcentesimo, quinquagesimo quarto, Feria
tertiâ post Dominicam Oculi, quæ erat x Martii.

P R Æ S I D E N T I B V S,

nomine altememoratæ Illustrissimæ suæ Celsitudinis

Admodum Reverendis, Prænobilibus & Doctissimo
Dominis

J O A N N E W E R N E R O A L E E R A D T,

E T

W I L H E L M O A W I N C K E L H A V S E N,

Cathedralis Ecclesiæ Osnabrugensis respectivè Præpo-
sito & Decano.

N E C N O N

J O A N N E B I S C H O P I N C K, I. V. L.

Curæ Ecclesiasticæ Osnabrugensis Officiali, & insignis
Collegiatæ Ecclesiæ ad S. Joannem ibidem
Canonico.

O R-

DIOECESANA SYNODVS

OSNABRUGENSIS

VINDICATA

Sub Reverendissimo & Illustrissimo Principe
ac Domino

D. ERANO C. S. C.

C. V. I. L. L. E. M. O.

TRIGINTO OSNABRUGENSIS

RECTORUM MINDENSI

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM

RECTORUM



O R D O E T C Æ R I M O N I Æ
S Y N O D I,

Celebratæ in absentia

Illustrissimæ & Reverendissimæ Suæ Celsitudinis,

x Martii, M D C L I V, dum in Comitii Imperii adhuc
Ratisbonæ moraretur.



Die & in ipsa die Synodi ceremonialia omnia peracta more præscripto, & in anterioribus Illustrissimæ Suæ Celsitudinis habitis Synodis observari solito, cantante sacrum Domino Abbate Iburgensi, in quo plerique de Clero communicarunt.

Post processionem ad locum consuetum omnibus confidentibus, peractisque caerimoniis ex Pontificali, prælecta fuit Commissio Suæ Celsitudinis, sequentis tenoris.

FRANCISCVS GVILIELMVS, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Osnabrugensis, &c. Venerabilibus, Nobilibus atque Honorabili & Doctissimo, devotis, sincere Nobis in Christo dilectis & fideli Joanni Wernero à Leeradt, Wilhelmo à Winkelhausen, & Joanni Bischofinck, Cathedralis Nostræ Ecclesiæ Osnabrugensis respectivè Præposito, Decano, & Officiali Curiæ Nostræ Episcopalis ibidem, Salutem in Domino.

Venerabiles, Nobiles, Honorabilis & Doctissime, devoti, sincere Nobis in Christo dilecti & fidelis: Cum instanti Synodo Vernali, quæ in Civitate Nostra Osnabrugensi, Feria tertia post Dominicam Oculi (quæ incidit in diem decimam Martii) ex laudabili Majorum & Prædecessorum Nostrorum Decretis celebrabitur; publicis adhuc dum Imperii, & præsentium Comitiorum negotiis præpediti, pro hac vice denuò necdum personaliter interesse, ac eidem præsidere possimus: Nè tamen in hoc tam salubri conservandæ Ecclesiasticæ disciplinæ, ac extirpandorum vitiorum remedio, per hanc Nostram necessariam absentiam quicquam negligatur aut omittatur: Nos Vobis, de quorum prudentia & zelo singularem, & ante hac in similibus & aliis probatam gerimus fiduciam, præsentium tenore conjunctim & divisim in Domino committimus, ut dictæ Synodo præsideatis, & quicquid in eadem agere possimus, nomine Nostrò peragatis, & postmodum Synodi acta, præsentium ac absentium nomina ad Nos in scripto debitè referatis. Hæc est seria no-

stra voluntas, manu & sigillo Nostris roborata: Valete in Domino. Datum ex Residentia Nostra Episcopali Ratisbonæ, die x xii Februarii, anno M D C L I V, Episcopatum Nostrorum Osnabrugensis vigesimo nono, Ratisbonensis quinto, Mindensis & Verdenensis vigesimo quinto.



Rælectis hæc in loco Synodali Illustrissimi literis, præsidebam nomine Suæ Celsitudinis Dominus Præpositus Joannes Wernerus à Leeradt, & Joannes Bischofinck Officialis, excusante se D. Decano ob adversam valetudinem; Notata deinde nomina absentium, & habita concilio Synodali elegans & accommodata Clero, per Patrem Nicolaum Schaten S. I. Curatum in Barbergen, & Decanum ibidem; quæ finitâ, cum pro hoc anno nulla decreta transmissa fuerint, repetiit D. Officialis salutare Patris Schaten admonitiones loco Decretorum, & quia non in multitudine, sed observantia legum, discipline Ecclesiasticæ vigor consistit, ante hac publicata decreta tam Synodalia quam visitationum repetiit & inculcavit: Præterea ex Synodo Majori rationem suffragiorum, & sacrificii tempore matutino sepulture haberi monuit, utque in omnibus uniformitas observetur; mandavit etiam ex speciali commissione Illustrissimi nomina communicantium in Paschate, & converforum ad festum Corporis Christi pro ultimo termino accurate transmitti, & rationem vicinarum Parochiarum hæreticarum, non secus ac suarum haberi; nec non Confessarios extraordinarios Sanctimonialibus ter in anno, ab iis, quorum interest, offerendos: in quo etiam Ecclesiasticum consistorium suam operam pollicetur.

Cum Pastores Sii. Viti in Glan, & Bissendorff juramentum Pastorale nondum emisissent, tenebantur id quidem præstare, sed quia partim absentes, partim formalem collationem nondum habent, suspensum est hoc negotium, uti etiam professio fidei Sacellani in Wellinckholtshausen, Joannis Postii, ob absentiam.

Commendata quoque inter cætera, quæ decreto quinto generali præscribuntur, inter defunctos anima quondam Pastoris in Löningen, qui cilicio indutus repertus, diem suum pie, ut vixit, obiit,

egregio scilicet exemplo, ut nullus quantumvis sibi bene conscius, ex hac vita sine poenitentia transeat.

Mandatum denique singulis Pastoribus & Decanis, ne quis civitate egrediatur nisi salutato consistorio Ecclesiastico; indiſtaque futura fuit Synodus, & continuo certo tractu subsequentes, propter

errores Calendariorum, feria tertia post festum S^{ti}. Remigii, Autumnalis, & feria tertia post Dominicam Oculi, Vernalis, nisi singulariter aliud ordinetur.

Postremo cum solita gratiarum actione, caritativis & benedictione consuetis Synodus dimissa fuit.

SEQVUNTUR

LITERÆ PASTORALES

Reverendissimi & Illustrissimi D. Episcopi ad
CLERVM OSNABRVGENSEM,

Quæ licet, detentæ forsan alicubi in via, post celebratam Synodum prius advenerint; inferi tamen easdem hic visum fuit, cum ex Mandato suæ Celſitudinis, singulis Decanis, & ab hisce singulis per suum districtum Parochis ex post facto transmissæ fuerint, & sunt tenoris sequentis.

FRANCISCVS GVILIELMVS, Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Osnabrugensis, &c. Alligatus in Domino, omnibus vobis de Clero Nostro in Christo Iesu ad Synodum vocatis timorem Domini castum & filialem.

Fratres charissimi. Sollicitudo Nostra constans in dilectam Ecclesiam Osnabrugensem urget, charitas in vos paterna invitat, munus Episcopale exigit, & ipse, quem sacrum jam celebratis hoc quadragesimali tempore, conventus requirit, o Sacerdotes Dei, Cooperatorum nostri, filiique charissimi, ut memoriam Vestri, quant sine intermissione habeo in orationibus meis die ac nocte, etiam in hac mea absentia; præter opinionem ac voluntatem longiori, per hæc Pastorales literas ad vos ostendam, & memoriam mei apud quosdam ex vobis resuscitem; justum enim arbitror, quam diu sum in hoc tabernaculo, continuo vos suscitare in commotione, ut tandem horum memoriam faciatis.

Scitis Fratres charissimi, quæ præfens, quæ absens Vos ipse ac per meos, viginti novem nunc annis docuerim, Vos commonefecerim officii Vestri, tam in Vos ipsos quam in Vobis commissos, ut scilicet ambularetis digni vocatione Vestra, qua vocati estis. Scitis itaque quæ præcepta dederim Vobis per Dominum Iesum: Hæc est enim voluntas Dei sanctificatio Vestra, ut abstineatis Vos à fornicatione, ut sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii, sicut & gentes quæ ignorant Deum:

Memoria retinetis qualiter semper optarim in vobis ignem illum divini zeli accendi: Sed unde! Vnde o sacerdotes Dei ac filii, tam pauci inter Vos ardent? Licet Vos tam diu ad ignem applicare conatus sim; quid debui facere vineæ meæ & non feci? Vnde ergo inter Vos tot labuscæ in hac vinea? Vnde continua ac tanta zizania in hoc agro Domini? Quæ Vos post meum discessum, paternamque valedictionem egeritis, non dico; ipsi scitis, ac Deo, & nobis rationem olim reddetis; quid aliqui Vestrum egerint, etiam alii, prohi dolor, cum scandalo sciunt, & ad audientiam Nostram pervenit: Ecce tertio hoc venio ad vos: In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Prædico, & prædixi præfens, & nunc absens, iis, qui ante peccaverunt, & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum non parcam.

Sed inquiramus parum causas, Dilectissimi, cur aliqui vestrum necdum ignem illum divini, proximique zeli conceperint, & necdum ardere incipiant: scitis ad ignem materialem excitandum, requiri applicationem illius ad materiam, vel materiæ ad illum, & quidem non perfunctoriè, sed materiæ proportionatam, ad tempus, ut ignem concipere possit; nec non materiæ siccitatem seu dispositionem, ut scilicet omni humiditate careat; hoc planè ad illum ignem zeli in corde nostro accendendum requiritur: In illo defectus non est ullus, paratus est semper agere in nos, ut etiam Christus Dominus testatus est. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat? Quod ergo in nobis non ardeat, materiæ

² ad Ti.
mosh. 3.

² Pet. 1.
13.

¹ Ibid. 15.

¹ Thess. 4.

² Cor. 13.
ver. 11.

Levit. 15.
vers. 3.

teriae vel humiditas, vel non debita applicatio impedit: Vterque defectus magnus est, & quidem in nobis tantum. Primus quidem, dum terrena tantum sapimus, quæ fluxa ac fluida sunt; imo cum per singula quasi momenta (id est occasiones) adhæret carni nostræ, atque concrevit foedus humor; exciscanda sunt hæc, Charissimi, & abjicienda opera tenebrarum; id est mundi, ut ait Augustinus in Psalmo 54 ad 1 vers. id est, amatorum mundi; id est, impiorum & iniquorum: Mundi, de quo Evangelium dicit; & mundus eum non cognovit: Palea ac stipula quantumvis applicetur igni, tam diu non ardet, quamdiu aliquid de humiditate remanet: Audistis præterito anno M D C LII in Synodo autumnali à nobis, quomodo 2 Machab. 1, sacerdotes, qui tum cultores Dei erant, acceptum ignem absconderunt in valle, ubi erat puteus altus & siccus: in sicco ergo ignis tantum conservatur, in sicco tantum operatur: Remedium ergo hanc humiditatem tollendi expedientissimum est, timor Dei: Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die mortis suæ benedicetur: Bonum certe nobis est timere Deum; quia timor Domini expellit peccatum: Timor Domini reprimit vitium: Timor Domini semper emendat: Timor Domini cautum facit hominem atque sollicitum; ubi verò timor non est, ibi perditio est animæ; ubi timor non est, ibi dissolutio vitæ est; ubi timor non est, ibi est abundantia peccatorum, ait Bernardus in libro de modo bene Vivendi c. 4. De hoc timore divino quænam operetur, & bona afferat, nosque ad ignem divinum concipiendum disponat, legite & evolvite libros Psalmorum David, Proverbiorum Salomonis, & Ecclesiasticum, ubi multoties ac multifariam fructus hujus timoris invenietis: Quatuor autem numerantur timores: Humanus, Servilis, Initialis & Castus: Humanus timor est, ut ait Cassiodorus, quando timemus pericula carnis, vel perdere bona mundi (pœnas, objugationes, indignationes etiam superiorum, paupertatem, aliaque mala terrena) propter quod peccamus: Hic mundanus timor malus est, nec ullum spiritualem affert fructum, & est de quo Christus Dominus dicit: Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. Secundus timor, servilis est, ut ait Augustinus, cum timore gehennæ homo recedit à peccato, & omnia bona quæ facit, non propter Dei, sed propter inferni timorem facit: Ille quasi servus timet, qui bonum quod facit, non timore amittendi bonum, quod non amat, sed timore patiendi malum, quod formidat, facit: De hoc ait Paulus: Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore: Bonus quidem est servilis timor iste & utilis, licet insufficientis & imperfectus; quia nondum in illo est

Rom. 8.

perfecta charitas, qui adhuc timet; quia perfecta charitas foras mittit timorem.

Ioan. 4.

Tertius timor succedit; Initialis scilicet; quando homo incipit facere bonum propter dilectionem Dei, quod ante faciebat propter timorem inferni, de quo legimus: Initium sapientiae timor Domini: Initialis timor, ait Bernardus, est, quando homo incipit amare Deum, quem ante timebat, & sic excluditur à corde timor servilis: Quartus timor est castus, per quem timemus, ne sponsus, scilicet Christus, tardet; ne discedat à nobis; ne eum offendamus; ne in eum peccemus; & ne eum perdamus: Timor iste castus de amore nascitur. De hoc legimus: Timor Domini sanctus, permanet in sæculum sæculi: Timor iste sanctus est; quia in mente hominis generat sanctitatem: Timor iste sanctus est; quia introducit in mentem hominis perfectam charitatem: Timor iste sanctus est quia non recipit adulterum amorem: quia scilicet Deum super omnia diligit, & nihil amoris ejus præponit. Timor iste vocatur etiam filialis; quia non timet Deum, quasi servus dominum crudelem, sed quasi filius Patrem dulcissimum, ait Bernardus. Facile jam intelligitis, imo videtis, quomodo hic timor Domini ex cordibus nostris auferat humiditatem omnem nocivam, nosque ut stipulam siccam disponat ad ignem illum zeli divini concipiendum: Idem etiam timor nos debite applicat ad ignem hunc, cum est permanens in sæculum sæculi, id est, tota nostra vita: Ne scilicet hanc stipulam hodie siccata, cras turbo auferat, aut quilibet ventus rapiat, atque ab igne iterum separet: Hoc experti sumus huc usque, quod quidam ex vobis timorem Domini sanctum & castum non habeant, nunquam siccata stipulam se præbuerint: Non enim est timor Domini ante oculos eorum: Imo nec initialem, nec servilem, & quod plus est, nec humanam habent; quia nec Episcopum, nec superiores, nec pœnas aut mala timent, cum omnia mala, ut mala agant, diligant: Correctiones, incarcerationes, aliaque pœnas sustinent non correcti: Honestatem omnem exuunt: Sacerdotalem statum prostituunt: Scandala quotidie præbent. O insensati! Et quis vos docuit fugere à ventura ira, dum nil timetis? Respicite tandem miseri; Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis; accedite ad Deum & illuminamini: Imo ardeatis illo zelo, quem vobis toties prædicamus: Hæc, hæc, charissimi, vos omnes hoc sacro in conventu meditemini: Examinet se quisque, utrum stipula sit sicca à mundanis rebus & operibus; utrum, & qualem habeat timorem, an illum perfectum ac filialem; an se ad ignem applicet, quotidieque studeat, caueat, ne à turbine malo rapiatur, & ab igne separetur; an verè ardeat illo igne zeli erga Deum

Psal. 110.

& Prov.

10.

Psal. 118.

Isa. 40.

& 41.

& proximum : Vtilissimum hoc erit examen , & quomodo vos oporteat ambulare & placere ei : Ipse sit benedictus in sæcula , vosque salutem animarum vestrarum ac subditorum mire proficuum ; adeo ut tandem Deus in singulis accendat ignem sui amoris , & flammam æternæ charitatis ; quod nobis concedat benignissimus Deus , cujus misericordiæ non est numerus , & bonitatis infinitus est thesaurus : Exaudiet ille orationes vestras , si & vos audieritis vocem Episcopi ac Patris vestri , qui toties annuntiat vobis omne consilium Dei ,

FRANCISCVS GVILIELMVS.

L. S.

ET quia ego CHRISTIANVS BROCHMAN, Pastor in Wahlenhorst, à supramemoratis Reverendissimi & Illustrissimi Domini Episcopi Deputatus in Actuarius hujus sacrae Synodi deputatus fui, & omnibus in ea pertractatis interfui, idcirco in fidem eorundem propria manu subscripsi: Acta sunt hæc anno à partu Virginæ MDCCLIV, Pontificatus SS. Domini Nostri Innocentii X. Anno X; diebus, mense, & loco quibus supra; presentibus venerabilibus ac eruditissimis Dominis Antonio Sollinger & Nicolao Schabergh, Cathedralis Ecclesiæ Osnabrugensis Vicariis, ac respectivè Sacristano & Notario publico, testibus ad hoc specialiter requisitis & fide dignis.

CHRISTIANVS BROCHMAN, Pastor in Wahlenhorst, & Actuarius causarum Ecclesiasticarum, ad hoc specialiter deputatus, subscripsit.

SYNODI VNDECIMÆ FINIS.



DI OE-